



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

30. Mallingcrotius moritur Ottenseinæ. Sepelitur Vredenæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1664. non vehementer amare, & eximias in illo doctus non laudare non possimus. Ut tales sint omnes, qui ad Nos ablegantur Ministri, ex animo optamus. Quare Majestati Vestrae Casareae maximas quas possimus, agimus gratias, quod eorum hunc Nobis omnibus modis gratissimum Nos mittere voluerit; speramus etiam, Eum cum in aulam redierit, de insigni Nostroque Imperium & Casaream Vestram Majestatem affectu ita testaturum, ut de eo nullus dubitandi locus sit reliquus. Itaque, rogamus DEUM Opt. Max. ut Casaream Vestram Majestatem domini Imperij & Orbis Christiani bono seruet incrementum, & innumeris in hostem communem commulet Triumphis.

30. Dum hæc apud Batavos gerebantur, Bernardus Mallingerotius sub Nonas Martias in arce Ottensteinæ vivere desit. Pridiè se ruri adhuc oblectaverat vicinum apud Curionem Paræciæ VVessemensis; nec aliquod tam repentinae mutationis signum eo die notaverat Engelbertus Haverbovius Ottensteinensis Parochus, quando repertum in secessu sede mortuum nunciârunt. Accepit id Christophorus Bernardus Ratisbonæ vultu neque mæsto, neque hilari, gavisus tamen, quod lupulitem generosè semper, lauteque habuisset. Nec enim victus ipsi, amictusque magnate dignus, unquam defuit; & custodia fructus est tam liberali, ut non vicinis tantum con-

Mallingerotius  
moritur  
Ottensteinæ.

convivere, sed & ipsi, quoties lubitum, ad vi- 1664.  
 cinos exire licuerit, præfente tamen ex hono-  
 ratoribus manipulari. Consultus Princeps,  
 quid mortuo fieri vellet, quo summatem de-  
 cet ritu, sepeliendum decrevit. Delatum  
*Vredenam* funus, in ade Paræciali, medio *Sepeli-*  
 choro, honorificè tumulârunt. Vir magnæ *tur Vre-*  
 fuit lectionis, sed à doctrina magis, quam *dena.*  
 prudentia æstimatus. Nec enim immeritò  
 stupuit sanus quisque, ætate jam provecum,  
 tam fuisse adhuc mentis suæ tenacem, ut *Chri-*  
*stophorum Bernardum*, ritè electum, à Ponti-  
 fice confirmatum, à Cæsare investitum, à sub-  
 ditis præstitâ obedientiâ inauguratum, firma-  
 tumque, qualem Orbis venerabatur univer-  
 sus, Principem unus ipse Monasteriensem co-  
 lere recusaret. Ita magna sæpè ingenia de-  
 mentia mixturam habent.

Ratisbonæ interea non tam res Germanæ, 31.  
 quam contra Turcum auxilia curabantur. *C. Bern.*  
 Et Ordines quidem Imperij auxiliarium Cæ- *Director*  
 sari exercitum decrevêre, sed à Ducibus suis *armorũ*  
 gubernandum. Institutâ demùm consulta *Imperij.*  
 tione, quorum humeris Imperialis militia  
 gubernatio crederetur, omnium tandem con-  
 sensu *Christophorus Bernardus Princeps Mo-*  
*nasteriensis*, & *Fridericus Marchio-Badeno-*  
*Durlacenus* renunciati sunt, exercituum, ar-  
 morumque Imperij *Directores*. De metho-  
 do adversus Turcam belligerandi, in pleno  
 Senatu